

*CT.* peccavi. *AE.* quid ait tandem nobis Sannio? *SY.*  
iam mitis est.

*AE.* ego ad forum ibo ut hunc absolvam; tu intro ad  
illam, Ctesiphon.

*SA.* Syre, insta. *SY.* eamu'; namque hic properat in  
Cyprum. *SA.* ne tam quidem  
15 quam vis: etiam maneo otiosus hic. *SY.* reddetur; ne  
time.

*SA.* at ut omne reddat. *SY.* omne reddet; tacē modo ac 280  
sequere hac. *SA.* sequor.—

*CT.* heus heus Syre. *SY.* em quid ēst? *CT.* obsecro  
hercle te, hominem istum inpurissimum  
quam primum absolvitote ne, si magis irritatus siet,  
aliqua ad patrem hoc permanet atque ego tum perpetuo  
perierim.

20 *SY.* non fiet; bono animo esto; tu cūm illa intu' te oblecta  
interim

et lectulos iubē sterni nobis et parari cetera.

285

ego iam transacta re convertam me domum cum opsonio.

*CT.* ita quaeso. quando hoc bene successit, hilare[m] hunc  
sumamus diem.

### ACTVS III

i

SOSTRATA CANTHARA

*SO.* Obsecro, mea nutrix, quid nunc fiet? *CA.* quid fiet,  
rogas?

recte edepol spero. modo dolores, mea tu, occipiunt  
primulum: